

Nam quisvis unus è fidelium numero preces has facit totius Ecclesie nomine; in qua pios esse aliquot necesse est, qui debitoribus ea; quæ hic commemorantur, debita remisertunt. Accedit eò; quod id à Deo petentes; unà etiam petimus quidquid ad illud impetrandum in eam petitionem à nobis necessario conferendum est. Petimus enim & veniam peccatorum; & donum veræ penitentiae; petimus facultatem intimi doloris; postulamus; ut à peccatis abhorere; & illa Sacerdoti verè ac piè confiteri possimus. Itaque cum necesse etiam nobis sit parcere iis; qui damnati; aut malum aliquid dederint; cum; ut nobis Deus ignoscatur; precamur; simul oramus; ut facultatem largiatur reconciliandi nos illis; quos odimus. Quare deterrendi sunt ab ea opinione; qui inani; & pravo illo timore commoventur; ne sibi Deum reddant offensorem hac precatioe; contraque etiam cohortandi ad frequentem precatiois usum; quo à Parente Deo postulent; ut sibi det eam mentem; ut iis; qui læserint; ignoscant; & inimicos diligant. Sed; ut precatio omnino fructuosa sit; primum hæc in ea est cura; meditatioque adhibenda; nos Deo supplices esse; & ab eo veniam petere; quæ non datur; nisi penitenti; itaque nos ea charitate; & pietate præditos esse oportere; quæ penitentibus conveniat; convenire autem maxime iis; subiecta quasi oculis propria flagitia; atque facinora lacrymis expiare. Cum hac cogitatione conjungenda est cautio in posterum eorum rerum; in quibus fuit aliqua occasio peccandi; quæque nobis ansani

dare possint ad offendendum Parentem Deum. In his curis versabatur David; cum diceret: Et peccatum meum contra me est semper: Et alio loco: Lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo. Proponat sibi præterea inusquaque ardentissimum orandi studium eorum; qui à Deo precibus impetraverunt veniam delictorum; ut publicani illius; qui longè consistens præ pudore; ac dolore; & oculis humi defixis; tantum pulsabat pectus; eam habens orationem: Deus propitius esto mihi peccatori: Tum illius peccatrici mulieris; quæ Christo Domino; retro stans; rigatos à se ejus pedes; capillat etiam abstersos osculabatur: Petri denique Principis Apostolorum; qui egressus foras; flevit amare. Deinde cogitandum est; quò inferiores sunt homines; & ad morbos animi; quæ sunt peccata; propensiores; eò pluribus; & frequentioribus medicamentis indigere; sunt autem ægrota animarum remedia; Penitentia; & Eucharistia. Hæc igitur sæpissime adhibeat fidelis populus: deinde elemosyna; quemadmodum tradunt divinæ litteræ; medicina est accommodata sanandis animarum vulneribus; quare; qui piè hac præce uti cupiunt; pro viribus benignè faciant egentibus; quantum enim vim habeat ad delendas scelerum maculas; testis est in Tobia Angelus Domini Sanctus Raphael; cujus est illa vox: Elemosyna à morte liberat; & ipsa est; quæ purgat peccata & facit invenire misericordiam & vitam æternam. Testis est Daniel; qui Nabuchodonosor regem sic admonebat: Pec-

*Psal.*  
50. & 6

*Luc.* 18  
& 7.

*Math.*  
26.

*Tob.* 12

*Dan.* 4

Pec-

Pecca tua elemosynis redime; & iniquitates tuas misericordis pauperum. Optima autem largitio & impertuenda misericordis ratio est oblivio injuriarum; & bona voluntas erga eos; qui rem; vel existimationem; vel corpus tuum; tuorumve violant. Quicumque igitur cupit in se esse maxime misericordem Deum; is ipsi Deo suas donet inimicitias; remittatque omnem offensionem; & pro hostibus libentissime deprecetur; omnem captans occasionem de illis ipsis bene promerendi. Sed quoniam hoc argumentum explicatum est; cum homicidii locum tractavimus; eò rejicimus Parochos; qui tamen hanc petitionem hoc fine concludant; nihil injustius esse; aut fugi posse; quam eum; qui cum hominibus durus sit; ut nemini se det ad lenitatem; idem postulet; ut in se sit mitis; & benignus Deus.

#### ET NE NOS INDUCAS IN TENTATIONEM.

Non dubium est; quia filii Dei post impetratum delictorum veniam; cum incensu studio adhibendi Deo cultum; & venerationem; caeleste regnum expectant; & omnia divino muneri tribuentes pietatis officia; toti pendunt à paterna benignitate; ac providentia; tum eò magis humani generis hostis omnes adversus illos artes excogitet; omnes machinas parat; quibus opponuntur sic ut verendum sit; ne; labefacta; & mutata scientia; rursus in vitia delabantur; longèque deteriores evadant; quam antea fuerint. De quibus illud Principis Apostolorum jure dici possit: Melius erat illis non cog-

noscere viam justitiæ; quam post agnitionem; retrorsum converti ab eò; quod illis tradidit est; sancto mandato. Quare nobis à Christo Domino datum est hujus petitionis præceptum; ut quotidie nos Deo commendemus; ejusque patriam curam; & præsidium imploremus; minime dubitantes fore; ut si; deseramus divino patrocinio; vaserimus hostis laqueis irroiti tenemur. Neque vero solam in hac orandi regula jussit à Deo petere; ne patiatur nos induci in tentationem; sed in illa etiam oratione; quam ad sacros Apostolos habuit sub ipsum mortis tempus; cum quidem ipsos nudos esse dixisset; eos hujus officii his verbis admonuit; Orate; ut non intretis in tentationem. Quæ iterum à Christo Domino adhibita admonitio magnum diligentie omnis imponit Parochis excitandi fidelem populum ad frequentem hujus usum precatiois; ut; cum tanta hominibus ab hoste Diabolo in singulas horas pericula hujus generis intenduntur; à Deo; qui solus illa populare potest; petant illud assidue: Ne nos inducas in tentationem. Intelliget autem fidelis populus; quantum optent divini hujus adjumenti; si suæ imbecillitatis; inscitiaque meminert; si recordabitur illam Christi Domini sententiam; & Spiritus quidem promptus est; caro autem infirma: si ei venerit in mentem; quam gravis sint; & exitiales hominum casus; impellente demone; nisi sustineatur dextera caelestis auxilio. Quod illustrius esse possit humanæ infirmitatis exemplum; quam sacer ille chorus Apostolorum; qui magno antea animo cum essent; primo quo-

*Joan.*  
13.  
*Math.*  
26.

*Math.*  
26.

*Math.*  
26.

Pp

quo-

quoque objecto terrore, relicto Salvatore, diffugerunt? etsi illustrius etiam est illud Principis Apostolorum, qui in tanta professione singulari & fortitudinis, & amoris in Christum Dominum, cum paulo ante, sibi bene fideus, ita dixisset; Si oportuerit me mori tecum, non te negabo; statim iuxta voce mulierculæ perterritus, se Dominum non nosse iurejurando affirmavit, nimirum illi in summa spiritus alicritate non respondebant vires. Quod si viri sanctissimi humane naturæ fragilitate, cui confidebant, graviter peccaverunt: quid non timendum est cæteris, qui ab æorum sanctitate absunt longissime? Quare proponat fideli populo Parochus prælia, ac pericula, in quibus assidue versamur, quos amaret in hoc mortali corpore, quos undique caro, mundus, & Satanas oppugnant. Quid ira, quid cupiditas in nobis possit, quotusquisque est, qui magno suo malo non expetiri cogatur? Quis non his lacessitur stimulis? quis non his lacessitur aculeis? quis subjectis non uritur ardentibus scælis? & quidem tam varii sunt ictus, tam diverse præditiones, ut difficillimum sit præventionem aliquam plagam non accipere. Ac præter hos inimicos, qui habitant, & vivunt nobiscum, sunt præterea illi hostes acerrimi, de quibus scriptum est: Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem: sed adversus principes, & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie in celestibus. Accedunt enim ad huiusmodi pugnas externi impetus & impressiones demonum: qui & aperte nos peccant, & per enucleos influunt in

Matth.  
26.

Eph. 6.

animas nostras, vix ut ab illis cavere possimus. Illos & principes appellat Apostolus propter naturæ excellentiam: (nam natura hominibus, & cæteris, quæ sub sensum cadunt, creatis rebus antecellunt) & potestates vocat, quod non solum naturæ vi, sed potestate etiam superant: & rectores nominat mundi tenebrarum: non enim clarum, & illustrem mundum regunt, idest bonos, & pios, sed obcurum, & caliginosum, nempe eos, qui flagitiosæ, & facinorosæ vitæ sordibus, ac tenebris obcæcati, duce tenebrarum Diabolo delectantur. Nuscupat etiam demones spiritualia nequitie: est enim & carnis, & spiritus nequitia. Carnalis quæ dicitur nequitia, incendit appetitum ad libidines, & voluptates, quæ percipiuntur sensibus. Spiritualia nequitie sunt mala studia, & prave cupiditates, quæ ad superiores pertinent animæ partem, quæ tanto peiores sunt, quæ reliquæ, quanto mens ipsa, & ratio altior est, atque præstantior. Quæ Satanae nequitia, quia maxime spectat illic, ut celestis non hereditate privet, propterea dixit Apostolus, in celestibus; ex quo licet intelligere, magnas esse hostium vires, invictum animum, immane in nos, & infinitum odium; bellum etiam perpetuum esse genere nobiscum, ut nulla pax esse cum illis, nullæ iudicæ fieri possint. Quantum verò audeant, declarat Satanae apud Prophetam vox, In caelum conscendam. Aggressus est primos homines in paradiso: adortus est Prophetas: appetivit Apostolos, ut, quemadmodum loquitur apud Evangelistam Dominus, Cribaret eos sicut tricicum;

Eph. 6.

Isai. 4.

Luc. 23.

tricum: ne ipsum quidem Christi Domini os erubuit: Itaque ejus inexpugnabilem cupiditatem, & immensam diligentiam Sanctus Petrus expressit, cum dixit: Aversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret. Quamquam non unus modò tentat homines Satana, sed gregatim interdum demones in singulos impetum faciunt: quod ille confessus est demoni, qui rogatus à Christo Domino, quod sibi nomen esset, respondit; Legio mihi nomen est; nempe demonum multitudo, quæ miserum illum divexarat; & de alio scriptum est; Assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi. Multi sunt, qui quòd impulsus, atque impetus demonum in se minime sentiunt, totam rem falsam esse arbitrantur; quos ipsos à demonibus non oppugnari mirum non est, quibus se sponte dederunt; non est in illis pietas, non charitas, non virtus illa Christiano nomine digna: quare fit, ut toti sint in potestate Diaboli: nec ullis tentationibus opus est ad eos everte-ndos, in quorum iam animis, ipsis libentibus, commoratur. At verò qui se Deo dicaverunt, in terris caelestem vitam agentes, et maxime omnium Satanae incursums petuntur, hos acerbissime odit; his in singula temporis momenta struit insidias: plena est historia divinarum litterarum sanctorum hominum, quos præsentem etiam animo stantes, vel vi, vel fraude pervertit. Adam, David, Salomon, alique, quæ enumerare difficile sit, experti sunt demonum violentos impetus, & callidam astutiam, qui resisti non possit consilio, aut

hominum viribus. Quis igitur se suo præsidio satis tutum existimet? Itaque piè, castèque petendum à Deo est, ne nos tentari sinat supra id, quod possumus: sed faciat etiam cum tentatione verum, ut possimus sustinere. Peritum hic fideles confirmandi sunt, si qui animi inconstitute, aut rei ignorantie demonum vim perhorrescunt, ut ipsi tentationum fluctibus agitati, in hunc præcationis portum confugiant: non enim Satana in tanta est potentia, & pertinacia, in capitali odio nostri generis, nec quantum, nec quamdiu velit, tentare nos, aut vexare potest; sed omnino ejus potestas Dei metu, & permissu gubernatur: notissimum est exemplum Job, de quo nisi Diabolo dixisset Deus; Ecce, universa quæ habet, in manu tua sunt; nihil ejus Satanas attingisset: contra verò nisi addidisset Dominus; Tantum in eum ve extendis manum tuam; uno Diaboli ictu, cum filiis ipse, facultatibusque concidisset. Ita autem alligata est demonum vis, ut ne in porcos quidem illos, de quibus scribitur Evangelistæ, non permitte Deo invadere potuisset. Sed ad intelligendam hujus petitionis vim dicendum est, quid hic tentatio significet, quid item, induci in tentationem. Est autem, tentara, periculum facere de eo, qui tentetur, ut ab ipso, quod cupimus, eliciamus, verum exprimamus; qui tentandi modus in Deum minime cadit: quid enim est quod neciat Deus? Omnia autem, loquitur, vanda, & aperta sunt oculis ejus. Est aliterum tentandi genus, cum, longius progrediendo, aliud queri solet in bonam, vel in malam partem;

Pp

in

3. Pet.  
5.

Marc.  
8.  
Luc. 8.

Matth.  
12.

1. Cor.  
10.

Job

Matth.  
8.

Marc.  
5.

Luc. 8.

Hebr. 4.

in bonam, cum ea re tentatur  
alioquin virtus, ut, illa perspecta,  
& cognita, is commodis, & hono-  
ribus augeatur, ejusque exemplum  
ceteris imitandum proponatur, ac  
denique omnes ob id ipsum ad Dei  
laudes excitentur, quo tentandi  
ratio sola convenit in Deum: hujus  
exemplum tentationis est illud in

Deut.

73.

Deuteronomio: Tentat vos Domi-  
nus Deus vester, ut palam fiat  
utrum diligatis eum, an non. Quo  
modo etiam tentare dicitur suos  
Deus, cum inopia, morbo, & aliis  
calamitatibus generibus premit:  
quod probandæ eorum patientiæ  
causa fiat, & ut aliis documen-  
tum sint Christiani officii. In hac

Gen. 22

partem legimus Abraham esse tenta-  
tum, ut filium immolaret: quo  
facto, fuit is obedientiæ, & pa-  
tientie exemplum singulare ad me-  
moriani hominum sempiternam.

Job. 12

In eandem tentationem dicitur est  
de Tobia: Quia acceptus eras Deo,  
necesse fuit tentatio probarette.  
In malam partem tentatur homi-  
nes, cum ad peccatum, aut exitum  
impelluntur: quod proprium Dia-  
boli officium est; is enim eo animo  
tentat homines, ut decipiat, agat-  
que præcipites: quomobrem tenta-  
tor in divinis literis appellatur.

Matth.

4.

In vis tentationibus modo  
intimos nobis admoveans stimulos,  
animæ affectiones, & commotio-  
nes adhibet administras: modo nos  
exagitant extrinsecus, externis re-  
bus utitur, vel prosperis ad efferen-  
dos, vel ad frangendos adversis:  
nonnullamque habet emissarios,  
& excussores perditos homines, in  
primisque hereticos, qui sedentes  
in cathedra pestilentie, malam  
doctrinarum mortifera semina dis-  
pergunt, ut illos, qui nullum

delectum, aut discrimen habeat  
virtutis, & vitiorum, homines per  
se proclives ad malum, mutantis,  
ac præcipitantes impellat. Dicimur  
autem induci in tentationem, cum  
tentationibus succumbimus. Indu-  
cimur verò in tentationem dupli-  
citer; primum, cum de statim dimotis,  
in id ruius malum, in quod tenta-  
tando nos aliqui impulerit. At  
nempe quidem à Deo hoc modo in  
tentationem inducitur; quia nemini  
de peccati auctor Deus, immo verò  
odit omnes, qui operantur ini-  
quitatem. Sic verò etiam est apud  
Sanctum Jacobum: Nemo enim tenta-  
tur, dicit quoniam à Deo tenta-  
tur: Deus enim intemptator malorum  
est. Deinde dicitur nos in tenta-  
tionem inducere is, qui etsi non  
tentat ipse, neque operam dat, quo  
accidat, aut ne tentationibus sup-  
paremur, non impedit. Hoc modo  
Deus bonos, & pios tentari quidem  
sinit, verumtamen sua gratia susten-  
tatos non deserit. Nec vero non  
interdum iusto, & occulto Dei ju-  
dicio, nostris id sceleribus postulanti-  
bus, nobis ipsi relati, concedimus.  
Præterea nos in tentationem Deus  
inducere dicitur, cum ejus benefi-  
ciis, que nobis ad salutem dedit,  
abutimur ad perniciem, & Patris  
substantiam, ut prodigus ille filius,  
dissipantiam, vivendo luxuriose,  
nostris cupiditatibus obsequentes.  
Quomobrem id dicere possumus,  
quod de lege dixit Apostolus; In-  
ventum est mihi mandatum, quod  
erat ad vitam, hoc esse ad mortem.  
Opportum tunc exemplum est Hie-  
rosolyma, teste Ezechiele, quam  
Deus omni ornamentorum genere  
locupletat, ut ejus ore Prophete  
dic-

Luc. 15

Rom.

7.

Ezech.

16.

dic-

diceret Deus; Perfecta eras in de-  
core meo, quem posueram super te:  
& tamen illa civitas divinis cumu-  
lata bonis, tantum abest, ut optime  
de se merito, ac merenti Deo gra-  
tiam habeas, celestibus beneficiis  
ad beatitudinem consequendam,  
cujus gratia ea acceptat, uteretur,  
ut, ingrattissima in Parentem Deum,  
abjectaspe, & cogitatione celestium  
fructuum, tantum presententi abun-  
dantia luxuriosæ, ac perditæ frue-  
retur; quod Ezechiel eodem capite  
pluribus verbis persecutus est. Quo-  
re sunt eodem loco ingrati in Deum  
homines, qui præbitam sibi ab eo  
divinitus uberem materiam recte  
factorem, ad vitam, illo permittente,  
convertunt. Sed oportet hinc di-  
vine scripture morem diligenter  
attendere, que Dei permissio-  
nis interdum verbis significat, que  
proprie si accipiuntur, tanquam  
actionem in Deo significant: nam  
in Exodo sic est: Indurabo cor  
Pharaonis; & apud Isaiam: Exceca-  
bor populi hujus; & ad Romanos  
scribit Apostolus: Tradidit illos  
Deus in passionem ignorantiam, & in  
repensum sensum. Quibus in locis,  
aliquis similibus, non id omnino  
esse actum à Deo, sed permissum,  
intelligendum est. His positus, non  
erit difficile scire, quid in hac  
precativæ parte possidemus. Nec  
verò petimus, ne omnino tenta-  
mur. Est enim hominum vita, tenta-  
tio super terram. Est autem ea  
res utilis, & fructuosa hominum  
generi: nam in tentationibus nos  
ipsos, id est vires nostras, cognos-  
cimus: quomobrem etiam humiliamus  
sub potenti manu Dei, vi-  
liliterque deserant, expectamus  
immortescibilem coronam glorie.

2. Tim.

2.

Nam & qui certat in agone, non

coronatur, nisi legitime certaverit;  
& ut inquit Sanctus Jacobus, Beatus  
vir, qui suffert tentationem: 1.  
quoniam, cum probatus fuerit, acci-  
piet coronam vitam, quam repro-  
misit Deus diligentibus se. Quod  
si urgemur nonnullam hostium  
tentationibus; magne nobis erit  
levationis illa cogitatio, habere nos  
adjutorem pontificem, qui possit  
compati infirmitatibus nostris: tenta-  
tum ipsum per omnia. Quid hic  
legitur petimus? ne divino prodigio  
deserti, tentationibus vel decepti  
assentiamur, vel eadem afflicti,  
ut præsto sit nobis Dei gratia, que,  
cum decesserit nos propria vires  
in malis recedet, ac renitit. Quare  
& generatur Dei opem implorare  
debemus in omnibus tentationibus;  
& nonnullam, cum singulis assiligi-  
mur, ad prætorium colligere  
oportet; quod à Davide factum  
legimus penè in unocunque tenta-  
tionum genere: nam in mendacio  
sic præcatur: Ne aures de ore  
meo verbum veritatis usqueque-  
re. In avaritia ad hunc modum:  
Inclina cor meum in testimonia  
tua; & non in avaritiam. In rebus  
verò malis hujus vite, & illece-  
bris cupiditatum, hac præce ute-  
batur; Averte oculos meos ne vi-  
deant vanitatem. Ergo postulamus,  
ne morem geramus cupiditatis,  
neve defatigari in tentationibus  
sustinentis, ne de deliciis de via  
Domini, ut tam in rebus inco-  
modis, quam in prosperis, equi-  
tatem animi, constantiamque ser-  
vemus, & nullam nostri partem  
Deus sna iutea vacuam relinquat.  
Petimus denique, ut Satanam con-  
terat sub pedibus nostris. Reliquum  
est, ut fidelem populum ad ea  
Parochus cohortetur, que in hac

Hebr. 4

Psalm.

118.

Psalm.

118.

Psalm.

118.

Rom.

16.

pre-

pre-

pre-

precatione maxime cogitare, & meditari oportet: in qua erit illa optima ratio, si quanta sit hominum infirmitas, intelligentes, viribus nostris diffidamus, & omni spe nostrae incoluitatis in Dei benignitate collocata, eo freti patrocinio, vel in maximis periculis magnum animum habuerimus, praesertim cogitantes, quam multos hac spe, atque hoc animo praeditos esse hiantibus Satanae faucibus liberavit Deus. An non Joseph undique circumdatum ardentibus insanae mulieris sicibus, & summo creptum periculo, ad gloriam exaltit? An non Susannam, à Satanae ministris obsessam, tum, cum nihil propius esset, quam ut nefariis sententiis intericeretur, servavit incolulam? neque miram: erat enim, inquit, cor ejus fiduciam habens in Domino. Insuper est laus, & gloria Job, qui de mundo, de carne, de Satana triumphavit. Plurima sunt hujus generis exempla, quibus Parochus diligenter piam populum ad eam spem, fiduciamque cohortari debet. Cogitent etiam fideles, quem in hostium tentationibus ducem habebant, nempe Christum Dominum, qui victoriam ex illo certamine retulit.

**Luc. 11** Vicit ipse Diabolum: est ille fortior, qui superveniens fortem superavit armatum; quem & armis nudavit, & spoliis. De ejus victoria, quam de mundo reportavit, est apud Sanctum Joannem: Confidite, ego vici mundum; & in Apocalypsi dicitur ipse leo vincens, & exiisse vincens, ut vinceret, qua in victoria suis etiam cultoribus facultatem vincendi dedit.

**Hebr.** Est Apostoli ad Hebraeos Epistola plena victoriis auctorum hominum,

**Gen. 29**  
**Et 41.**  
**Dan.**

**Ps.**

**Luc. 11**

**Joann.**

**26.**

**Apoc.**

**Et 6.**

**Hebr.**

**Ps.**

qui per fidem devicerunt regna, obtulerunt ora leonum: & quae sequuntur. Ex his verò, quae sic acta legimus, eas victorias cogitatione complectamur, quas quotidie reportant ex intimis, & externis demonum praeliis homines fide, spe, & caritate praestantes: quae tunc multae sunt, tamque insignes, ut, si sub aspectum cadent oculorum, nihil frequentius accidere judicemus, nihil gloriosius: de quorum hostium clade his verbis scripsit Sanctus Joannes: Scribo vobis, inquit, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & viciatis malignum. Vincitur autem Satanas non otio, somno, vino, comessatione, libidine: sed oratione, labore, vigilia, abstinentia, continentia, castitate. Vigilate, & orate, inquit, ut jam diximus, ut non intretis in tentationem. Qui his armis ad illam pugnam utuntur, in fugam convertunt adversarios: qui enim resistunt Diabolo, is fugiet ab eis. In his tamen sanctorum hominum victoriis, quae diximus, nemo sibi placeat, neque se efferat insolentius, ut se suis viribus hostiles demonum tentationes, impetuosae sustinere posse confidat; non est hoc naturae nostrae, non humanae imbecillitatis: haec vires, quibus prostrernimus Satanae satellites, dantur à Deo: ego vici, ut arcum aereum, brachia nostra; cujus beneficio armorum speratus est, & infirmi acclineti sunt robore, qui dat nobis protectionem salutis: cujus nos dextera suscipit; qui docet manus nostras ad praelium, & digitos nostros ad bellum: ut uni Deo pro victoria sint agende, & habende gratiae, quo uno & auctore, & adjuto-

**Joan.**  
**2.**

**Matth.**  
**26.**

**Jacobi**  
**4.**

**1. Regi**

**2. Psalm**

**17.**

SED LIBERA NOS A MALO.

1. **Cor.** 15. Jutore vincere possumus: quod fecit Apostolus, ait enim: Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum. Eundem auctorem victorie praedicat caelestis illa vox in Apocalypsi: Facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus, quia projectus est accusator fratrum nostrorum; & ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni. Testatur idem liber, Christi Domini partem ex mundo, carneque, victoriam ex loco: Hi cum Agno pugnavunt, & Agnus vincet illos. Haec de causa, & de modo vincendi. Quibus expositis, proponunt fideli populo Parochi à Deo paratas coronas, & constantiam victoribus sempiternam praemiorum amplitudinem: quorum ex eadem Apocalypsi divina proferent testimonia; Qui vicerit, non ledetur à morte secunda: & alio loco; Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen ejus de Libro vitae, & confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus, & paulo post Deus ipse ad Dominum noster ita loquitur ad Joannem: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius. Tum inquit: Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno ejus. Denique cum Sanctorum gloriam, & perpetuam illam bonorum viam, quibus in caelo fruuntur, exposuisset, adjunxit: Qui vicerit, possidebit haec.

**Apoc.**  
**12.**

**Apoc.**  
**17.**

**Apoc. 2**  
**Et 3.**

**Apoc. 3**

**Apoc.**  
**21.**

Postrema haec petitio est instar omnium, qua Dei Filium divinum haec orationem conclusit: cuius etiam vim, & pondus ostendens, ea usus est orandi clausula, cum è vita migraturus, Deum Patrem pro hominum salute deprecetur; Rogo, enim inquit, ut serves eos à malo. Ergo haec praecationis formula, quam & praeccepto tradidit, & exemplo confirmavit, quasi quaedam epitome summatis complexus petitionum. Cum enim id, quod ea praecce continetur, impetraverimus, reliquum est, quod ultra adhuc debeat postulari, cum semel protectionem Dei adversus malum petimus: qua impetrata, contra omnia, quae Diabolus & mundus operantur, securi stamus, & tuti. Quare, cum tanti sit haec petitio, quanti dixerimus, debet Parochus in ea fidelibus explicanda summam adhibere diligentiam. Differt autem haec, & proxima petitio, quòd illa vitiationem culpae, haec praec liberationem postulat. Quare non jam monendum est fidelis populus, quantopere & labore ex incommodis & calamitatibus & caelestis egeat adjumenti: nam quot & quantis miseris proposita sit hominum vita, praeterquam quòd & sacri, & profani scriptores haec argumentum sumo copiosissime persectuti, nemo ferè est, quin intelligat & suo & alieno periculo: pernasum enim id est omnibus, quòd exemplum patientiae Job memorie prodidit, Homo natus de muliere, brevi vixit tempore, & reple-

**Joan.**  
**17.**

**Jobi**

X + X

pervenitur: sed quidam, si caput, si latus, si pes condonit, si rei familiaris iacturam faciunt, si minas, si pericula ab inimicis intenduntur, omnis modis Dominicæ precationis gradibus, tantum petunt ut ex illis eripiantur malis, at hinc consuetudinali repugnant Christi Domini iussum: Quærite primum regnum Dei. Itaque qui recte preces faciunt, cum deprecantur calamitates, incommoda, malorum depulsionem, id referunt ad Dei gloriam: sic David illi precatio: Domine ne in furore tuo arguas me; subiecit rationem, quæ de Dei gloriæ cupidissimum ostendit, inquit enim: Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in Inferno autem quis confitebitur tibi? & idem, cum oraret Deum, sibi ut misericordiam impertiret, subiungit illud, Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te convertentur. Ad hanc orandi salutarem rationem, & ad exemplum Prophetæ incitandi sunt fideles auditores, & simul docendi, quantum intersit inter infidelium, & Christianorum hominum preces. Petunt vehementer illi etiam à Deo, ut possint ex morbis, vulneribusque convalescere, sibi ut ex urgentibus, vel imminutibus malis evadere liceat; sed tamen illius precipuum spem liberationis ponunt in remediis, iatura, vel hominum industria comparatis: quæ etiam sibi datum à quovis medicamentum, etiam si cautionibus, si veneficiis, si demonum opera confectum sit, sine ulla religione adhibent, modo aliqua valetudinis spes ostendatur. Longè alia est ratio Christianorum: qui in morbis, & in omnibus

Matth.  
16.

Luc. 5.

Psalm.  
82.

Psalm.  
49.

Psalm.  
6.

Psalm.  
50.

adversis rebus habent summum periculum, & presidium salutis Deum, unum illum omnium auctorem boni, & liberatorem suum agnoscent, ac venerantur; remediis verbis quæ inest ad sanandum vis, insitam à Deo esse pro certo habent; tantumque illa agritis prodesse existimant, quantum ipse voluerit Deus: est enim à Deo data hominum generi medicina, qua morbos sanaret. Hinc est illa Ecclesiæ vox: Altissimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa. Itaque qui Jesu Christo nomen dederunt, non in illis remediis summam spem reponunt recuperandæ valetudinis, sed ipsi medicinæ auctori Deo maxime confidunt. Quare etiam in divinis litteris reprehenduntur illi, qui, medicinæ fiducia, nullum Dei auxilium requirunt: immò verò qui vitam agunt ex divinis legibus, abstinent omnibus remediis, quecumque ad curationem à Deo non adhibita esse constet quod si etiam eorum usu medicamentorum illis sit explorata spes sanitatis, tamen ab illis, ut cautionibus, & demonum artificis, abhorrent. Ad id autem fideles cohortari oportet, ut Deo confidant: ea enim re jussit nos beneficentissimus Parens liberationem malorum postulare: ut in eo ipso, quod jussit, spem etiam impetrationis haberemus; multa sunt in sacris litteris hujus rei exemplarum: qui minus rationibus adducuntur ad bene sperandum, exemplorum multitudine considerentur. Abraham, Jacob, Lot, Joseph, David sunt in oculis, locupletissimi testes divine benignitatis: sacre novi testamenti litteræ tam multos enumerant, qui ex

Eccles.  
38.

2. Par.  
16.

Psalm.  
33.

2. Cor.  
12.

lentur, divitias, honores, valetudinem, robur, hanc ipsam vitam; petimus, inquam, ne ad malum & ad anime nostræ exitum hæc convertantur. Oramus etiam Deum, ne morte opprimamur repentini; ne in nos iram Dei concitemus; ne, quæ impios manent, supplicia subeamus; ne igne purgatorii torquemur; à quo ut alii liberentur, piè & sanctè precamur: hanc petitionem & in Missa, & in Litanis sic interpretatur Ecclesia, nos videlicet ea præterita, præsentia, futura mala deprecari. Non uno autem modo Dei nos benignitas eripit à malis: nam impendentes prohibet calamitates: quo modo legimus magnum illum Jacob esse liberatum ab inimicis, quos in illum concitavit Sichimitarum cedes: extat enim illud, Terror Dei invasit omnes per circuitum civitates, & non sunt ausi persequi recedentes. Et quidem beati omnes, qui cum Christo Domino in caelis regnant, omnibus malis Dei ope liberati sunt: nos autem, qui in hac peregrinatione versamur, ab omnibus incommodis solutos esse minime vult, sed eripit à quibusdam; etsi sunt instar liberationis malorum omnium ea solatia, quæ dat interdum Deus iis, qui rebus premuntur adversis. His se consolabatur Propheta, cum illa dicebat: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam. Præterea à malis homines liberat Deus, cum illos in summum discrimen adductos integros servat, & incolumes; quod & pueris illis in ardentem fornacem conjectis, & Danilei contigisse legimus, quem leones nihil

Gen. 35

Psalm.  
93.Dan. 3.  
& 6.

leserunt: quemadmodum neque pueros flamma violavit. Malus verò etiam ex sententia sanctorum Basilii Magni, Chrysostomi, & Augustini præcipue dicitur demon, quòd hominum culpæ, idest sceleris, & peccati auctor fuit: quo etiam ministro utitur Deus in repetendis penis à sceleratis & facinorosis: dat enim Deus omne malum hominibus, quòd illi peccati causa patiuntur; in quam sententiam loquuntur divinæ litteræ illis verbis: Si erit malum in civitate, quòd Dominus non fecerit? item, Ego Dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Malus quoque dicitur demon ob eam causam, quòd, etsi nihil eum leserimus, tamen perpetuum bellum nobis infert, & capitali nos inscatur odio; quòd si nobis & fide armatis, & innocentia tectis nocere non potest, tamen nullum finem facit tentandi nos externis suis, & quacumque potest ratione divexandi: quamobrem Deo precamur, ut nos à malo liberare velit. Dicimus autem à malo, non à malis, ob id, quòd mala, quæ in nos à proximis proficiscuntur, illi assignamus, tamquam auctori, & impulsori; quo minus etiam proximis irasci debemus: quin odium & iracundiam in ipsum Satanam convertere oportet, à quo homines ad inferendam injuriam impelluntur. Itaque si te aliqua re læsèd proximus, cum preces facis Parenti Deo, pete, ut non modò te liberet à malo, idest ab iis, quas tibi proximus imponit, injuriis; sed illum ipsum eripiat proximam ex Diaboli manu, cujus impulsu homines in frau-

Amos 3.

Isai. 45.

2. Tim.

Act. 14.

Luc. 24.

2. Reg.

11.

frau-

fraudem inducuntur. Illud denique sciendum est, si in precibus & votis non liberamur à malis, debere nos, quæ premant, ferre patienter, intelligentes placere divino humini, ut tolerantiam ea patiamur. Quare minime nos indignari, aut dolere par est, quòd preces nostras non audiat Deus; sed omnia ad ejus nutum ac voluntatem referre oportet, existimantes id utile, id esse salutare, quòd Deo placet, ut ita sit, non autem id, quòd secus nobis videatur. Postremo docendi sunt pii auditores, dum in hoc vite curriculo versamur, eos ad omne incommodorum, & calamitatum genus non solum æquo, sed etiam gaudenti animo ferendum paratos esse debere. Omnes enim, inquit, qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patienter. Item: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Rursus: Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Non enim æquum est, servum majorem esse domino suo: sicuti turpe est, è sententia S. Bernardi, membra esse delicata sub spinoso capite. Præclarum illud est exemplum Uriæ propositum ad imitandum, qui, adhortante Davide, domi ut se contineret, inquit: Arca Dei, & Israël, & Juda habitant in papilionibus, & ego ingrediar domum meam? His instructi rationibus, ac meditationibus si ad orandum veniamus, illud assequemur, ut, si minus undique cincti, malisque circumdati, quemadmodum tres illi pueri intacti ab igne, sic nos inviolati serventur; eertè, ut Machabei, casus adversos constanter ac fortiter feramus.

In contumeliis, & cruciatibus sacros imitabimur Apostolos, qui casi verberibus, vehementer latabantur, quòd digni habiti essent qui pro Christo Jesu contumelias paterentur; sic nos ita comparati canemus illa summa animi voluptate: Principes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidavit cor meum; Letabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa.

A M E N.

Hanc vocem, sicuti est, signaculum orationis Dominicæ appellat Sanctus Hieronymus in Commentariis in Mattheum. Quare ut ad monium antea fideles de preparatione, quæ adhibenda sit prius quam aggrediantur ad divinam precationem; sic nunc faciendum duximus, ut clausulæ ac finis ipsius precationis causam, rationemque cognoscant. Non enim plaris est divinas preces diligenter ordiri, quam religiosè absolvere. Sciat igitur fidelis populus multos esse, & eos uberes fructus, quos ex Dominicæ orationis fine percipiunt: sed omnium uberrimus ac letissimus fructus est. eorum impetratio, quæ postulavimus: de quo supra satis dictum est. Non solum autem consequimur postrema hæc parte precationis, ut nostræ preces audiantur, sed quedam etiam majora ac præclariora, quam ut verbis explicari possint. Nam cum orando homines cum Deo colloquantur, ut Sanctus Cyprianus ait, fit quodam inexplicabili modo oranti divinitus majestas propior, quam cæteris; quem præterea singularibus ornatur muneribus: ut qui piè Deum orant, quodammodo cum iis, qui

Psalm.  
118.

S. Hieron.

Qq 2

ad

ad ignem accedunt, comparari possint: qui si argent, caleant: si calent, estuant: sic illi assistentes ad Deum pro modo pietatis, ac fidei ardentes evadunt: inflammat enim eorum animus ad Dei gloriam, mens illustratur admirabilem in modum, omnino cumulat Divinis numeribus; est enim illud proditum santis litteris: Præventisti eum in benedictionibus dulcedinis. Exemplo est omnibus magnus ille Moses, qui à Dei congressu & colloquio digrediens divino quodam fulgore colucebat sic, ut Israëlite ejus oculos, & os intueri non possent. Omnia quoque vehementi illo studio preces faciunt, Dei benignitate ac majestate admirabiliter perfumuntur. Manet astabo, inquit Propheta, & videbo: quoriam non Deus volens iniquitatem tu es. Hæc quo magis noscunt homines, eò Deum vehementiori cultu ac pietate venerantur: eò etiam sentiunt jucundius, quam suavis sit Dominus, & quam verè beati sint omnes, qui sperant in eorum verò clarissima illa luce circumfusi, quanta sit eorum humilitas, quanta sit Dei majestas, considerant; est enim illa Sancti Augustini regula: Noverim te, noverim me. Itaque fit, ut suis viribus diffidentes, totos se committant Dei benignitati, minimè dubitantes, quin is ipso paterna illa sua, & admirabili charitate complexus, abundanter eis omnia suppediet, quæ sint ad vitam, & salutem necessaria: hinc se ad agendas Deo gratias convertant, quantas animo maximas capere possunt, quantas oratione complecti: quod magnum Davidem fecisse legimus; qui cum ita precationem instituisset Salvum

Psal.

20.

Exod.

34.

2. Cor.

2.

Psal.

5.

S. August.

gust.

Psal.

7.

me fac eò omnibus persequentibus me; sic eam absolvit, Confitebor Domino secundum justitiam ejus, & psallam nomini Domini altissimi. Sunt ejusmodi Sanctorum preces innumerabiles, quarum exordium est timoris plenum, clausula spei bona, lætitiæque referta: sed mirabile est, quàm eo in genere eniteant Davidis ipsius precationes: nam cum metu perturbatus sic orare esset exorsus; Multi insurgunt adversum me; Multi dicunt anime mee: Non est salus ipsi in Deo ejus: confirmatus aliquando, gaudioque perfusus, subjungit paulò post: Non timebo millia populi circumdantis me: alio etiam psalmo, suam cum deplorasset miseriam, ad extremum Deo confusus, incredibiliter letatur spe sempiternæ beatitudinis; In pace in idipsum, inquit, dormiam, & requiescam. Quid illa? Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me; quanto cum tremore, & pallore Prophetam dixisse credendum est? Contra, quæ deinceps sequantur, quàm fidenti ac lætanti animo? Discedite à me, inquit, omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei. Cum verò Saulis iram, furemque pertimesceret, quàm humiliter ac demisse Dei opem implorabat: Deus in nomine tuo salvum me fac: & in virtute tua judica me; & tamen hilare ac fidenter in eodem psalmo subjicit; Ecce enim Deus adjuvat me, & Dominus susceptor est anime mee. Quare qui se confert ad sacras preces fide, speque munus, Parentem adeat Deum, ut se id consequi posse, quod ei opus sit, nullo modo diffidat.

Psal.

3.

Psal.

4. &amp; 6.

Psal.

53.

Sunt

Sunt autem in extremo hoc divina precationis verbo, AMEN, multa quasi semina quadam earum rationum, cogitationumque, quas diximus; & quidem ad frequens fuit hæc Hebræa vox in ore Salvatoris, ut Spiritui Sancto placuerit, ut in Ecclesia Dei retineatur; cui voci illa quoddammodo subjecta sententia, est: Scito tuas auditas esse preces, habet enim vim respondentis, & illud, qui precibus, quòd vult, impetrarit, cum bona grata dimittentis Dei. Hanc sententiam perpetuè Ecclesiæ Dei consuetudo comprobavit, quæ in sacrificio Missæ, cum pronunciat, oratio Dominica, non rei sacre ministris, quorum partes sunt illa dicere: Sed libera nos à malo, attribuit hanc vocem AMEN, sed ipsi Sacerdoti accomodatam, reservavit: qui cum Dei & hominum sit interpres, Deum exoratum esse populo respondet. Nec tamen hic ritus communis est, omnium precationum; quippe cum in cæteris ministrorum sit munus respondendi, Amen; sed proprius Dominicæ orationis: nam in sacris precibus consensus modo, desideriumque significat; in hac responsio est: Deum orantis postulationi consensus. Ac verè quidem à multis sic interpretatum hoc verbum Amen.

Septuaginta interpretes veterunt, fiat: alii reddiderunt, verè: Aquila, fideliter, convertit: sed parvi refert, hoc, an illo modo sit redditum; modò habere intelligamus eam vim, quam diximus, confirmantis Sacerdotis concessum id esse, quod petebatur, cujus sententia testis est Apostolus in Epistola ad Corinthios. Quotquot enim, inquit, promissiones Dei sunt, in illo est: idè & per ipsum Amen Deo ad gloriàm nostram. Est etiam hæc nobis accomodata vox, in qua inest confirmatio quedam earum petitionum, quas adhuc adhibuimus: quæ etiam eos reddit attentos, qui dant operam sacris precibus; fit enim sæpè, ut in precatione, distracti homines, raris cogitationibus, alio traducantur: immò verò summo studio petimus hæc ipsa voce, ut omnia fiant, id est concedantur, quæ ante petivimus, vel potius intelligent nos jam impetrasse omnia, & sententias presentem vim divini auxilii, illud cum Propheta canimus; Ecce enim Deus adjuvat me: & Dominus susceptor est anime mee. Nec est, quod quisquam dubitet, quin & nomine Filii sui, & verborum quo sæpissimè usus est, moveatur Deus, qui semper, in ait Apostolus, exaudivit est pro sua reverentia.

a. Cor.

1.

Psal.

53.

Hebr. 3.

FINIS.

PIO